

tam sibi quam aliis faciendus non sine castigatione sed sine ira tolerantur e cetu¹⁵⁹ mortalium facturi peiora que contingunt et quo uno¹⁶⁰ modo possunt desinant esse mali sed hoc sine odio. Quid est enim cur oderim¹⁶¹ eum cui tunc maxime prosum cum illum sibi eripio. Nam quis membra sua oderit cum abscidit ? Non est illa ira sed miserie curacio.¹⁶²

[IV m 4]

QUID TANTOS metrum quartum commixtum ex faleucio, de quo habitum est supra libro primo metro quarto, et elegiaco¹ de quo dictum est supra libro primo metro primo. In hoc autem metro exclamat Philosophia super homines qui bellicis motibus ex odio se invicem ad mortem impetunt dicens QUID IUVAT id est que utilitas est EXCITARE TANTOS MOTUS scilicet odii sicut apparet in bellis et aliis mutuis persecucionibus (2) ET² id est quid iuvat^u SOLLICITARE id est sollicite exquirere FATUM id est fatalem dispositionem si^uve mortem aliorum hominum: quasi diceret nulla utilitas est in hoc et ratio est quia (3) SI MORTEM PETITIS id est desideratis si^uve ~~vestram~~ siue aliorum PROPINQUAT IPSA (4) SPONTE SUA nullo³ alio accelerante NEC REMORATUR id est retardat VOLUCRES id est ^uveloces EQUOS isti equi dicuntur parciales dispositiones periodi per quas homo ad mortem tendit. Nec tantum mirandum est quod homines appetunt mortem aliorum cum ipsa per se appropinqu^u sed etiam magis mirandum quod ipsi homines (5) QUOS LEO SERPENS TIGRIS URSUS APER DENTE PETUNT scilicet ad

 159 e cetu OD ē cetu J cetu R et est Pe etenim GP / 160 quo uno JGPe

que uno FO quonam RD / 161 oderim JOD adernit(?)R oditur PPeG /

162 miserie curacio D miseracio^u vel miserie curacio R misera curacio PPeGJ

1 elegato J / 2 et RPO om. J / 3 ^uvero J /

mortem TAMEN IDEM scilicet homines PETUNT SE ENSE ut se mutuo interficiant. Quia non invenitur causa huius rationalis et quia posset aliquis dicere quod hoc rationabiliter convenit propter dissonanciam in quantum quidam sunt boni quidam mali, hoc excludit dicens (7) AN MOVENT INIUSTAS ACIES cuiusmodi sunt que solum ex ira vel odio producantur ET FERA BELLA scilicet que solum penam et⁴ vindictam querunt (9) VOLUNTQUE PERIRE ALTERNIS TELIS, QUIA MORES DISTANT DISSIDENTQUE ? quasi diceret non est hec causa sufficiens. Unde subdit (10) NON EST IUSTA SATIS RATIO SEVICIE et quia⁵ posset aliquis querere quid ergo faciendum est in tanta morum dissonancia subiungit dicens (11) VIS REDDERE VICEM id est vicissitudinem APTAM MERITIS ? scilicet cuiuslibet tam boni quam mali (12) DILIGE IURE BONOS ET MISERESCE MALIS. Nota quod per hoc quod dicit hic Philosophia non excluditur licentia gerendi bellum iustum. Unde⁶ signanter reprobando bella dixit supra (8) INIUSTAS ACIES. Gerere enim bellum iustum⁶ non excludit misericordiam. Ideo enim bellum huiusmodi geritur ut venientem contra iusticiam ad iusticiam reducat. Misericordia autem iusticiam non excludit sed salvat. Unde dicit beatus Augustinus de civitate Dei libro nono capitulo quinto loquens de misericordia: servit autem motus ille rationi quando ita prebetur misericordia ut iusticia conservetur.

 4 et JORD ad PPeG / 5 et quia RPO quia J / 6 unde signanter . . .
 gerere enim bellum iustum RPO om. J /